cipito tu transuersus prime cervicis uertebræ processus implantatur.

K,L Sextum muscularum caput mouentium par, à spina secunda uertebræ, transuersis prime pro
cessibus insertum.

M Musculi scapulam mouentium tertij pars, illuc conficiunt, ubi à transuersis aliquot cervicis uerte
brarum processibus prodit.

N Dorsum mouentium muscularum tertius. O Dorsum mouentium septimus muscularis.

P Character P in lumbis reponitur, notans nonum dorsum mouentium muscularum.

Q Undecimus dorsum mouentium muscularis, hic ab ultima ipsius infectione pendens, ac sinum R in
R,S signum ostendens, quo decimotertio dorsum mouentium musculo cedit, ipsius autem principium
S indicatur.

T Decimustertius dorsum mouentium muscularis, cuius principium V notatur, finis uero X, quod
V,X, etiam principium decimi quinti dorsum mouentium musculari indicat.

Y Decimus quintus dorsum mouentium, cuius superius extreum a insignitu sub septimo dorsum
agentium reconditur.

Flanc decimam quartam muscularum tabulam, propter thoracis formam, costarumq; ductum se
dulo intueri operae pectum erit, quum costarum ductum, ut & reliqua muscularum tabula, ap
postissime ostendat. In ossium autem compage baculum nunquam costas adeo concinnè inuicem ad
nexit, ut ille naturalem situm, quod ab obliquum ipsorum ductum spectat, nanciscerentur. Nam
enim ingens intervalum, inter elevatum ossis illius sedem, & duodecim thoracis costæ mucro
nem, in ossium copationem mibi semper relinquunt. In muscularum autem tabulis, costarum ductu
m inter pingendum obseruare fuit promptissimum, quum in suo naturali situ tota sectionis serie sem
per consistant. quinetiam exteriores inter costalium muscularis hic quoq; spectandos offerre, e
tiam me tacent, neminem latere arbitror. Atq; ita etiam illum ossis, & coxendicis & pubis &
femoris ossa, adeo sunt conspicua, ut si hic notas desideres, illæ à tribus integris Primi libri figura
ris petenda ueniant. Quanquam in pubis ossib; boccurrit, membranam indicans in pubis ossis
foramine obuiam.

S 3 c Muscu

- c Musculus sextus femur mouentium, ab insertione propendens.
- d Musculus septimus femur mouentium.
- e Hic musculus propendet femur mouentium nonus.
- f & Carna pars, seu siuoles, priuati musculi, decimum femur mouentem musculum deducentes, atq; hic ab insertione pendentes.
- g Musculus quem in poplite latitare dicimus, cuiq; Galeni feri totū poplitis flectendi munus per b.i. per am concedidit. b ipsius ab externo femoris capite exortus, i insertione eiusdem in tibiae os insinuitur.
- h,k Scptimus pedem mouentium musculus.
- l Tendo oclavi pedem mouentis musculi, cultus insertione pedij os parvum sustinens facta, min. m. signatur.
- n,o,p,q A sinistri pedis calce quatuor humi prostrati pendent musculi, pedis motorum opifices, n enim et r. o, duos primos pedem mouentes insinuant, p autem tertium, q uero quartum. Ceterum r ad dextram calcis internum latus repositum, tendinis illius insertionem indicat.
- Δ Δ Figuram notat, externo lateri integrioris figurae dextri pedis hic appositam, qua sectionis serie dextrum integrioris figurae pedem subsequitur, qui succedit figurae, quam in praecedenti musculorum tabula. Ω indicabamus.
- f Ligamentum pedis, a digitorum terminis pendet, quod musculo secundos quatuor digitorum articulos flectenti, Θ hic notato obnatum fuerat, lati³ in extrema manus uolat tendinis uicem gerebat.
- t Dependet musculus, pollicem a ceteris digitis abducens.
- u Musculus hic a sua insertione dependet, qui minimum digitum a reliquis in externum latus abducit.
- Θ Musculus secundum quatuor digitorum os flectens, x ipsius principum a calce enatum, et illius x,α. in quatuor tendines partitio. Ceterum qua ratione huius musculi tendines dividantur, subditosq; transmitant tendines, in hoc dextro maioris figurae pede expressum habes, ut tamen fice habeat, attentissimis oculis internam quatuor digitorum sedem intubere, quanquam Θ figura Δ notata, h.c. etiam commonstret, in qua musculus ille ab insertione propendens, Θ quoque insinuitur.
- β Carna haec moles illa est, cuius beneficio primum pollicis internodium flectitur, atq; haec eodem β indicate, in figura illa dependet, quam Δ insinuat.
- Δ,Δ,Δ Musculus secundum pollicis os flectens. γ in dextera tibia huius musculi notatur principium.
- γ,δ. Ab hac sede praesens musculus, ab interno ipsius laterre tendine eductus, qui in carnem ipsius substantiae aliquouſt incepit, iuxta charakterem ε. Deinde utraq; figura plantam referens, tendinem hunc quoq; notata habet, quia pollicis ianu est proximus.
- Ξ,Ξ,Ξ Musculus quatuor digitorum tertium os flectens. § ipsius principium aliquantis per altius ad. §.a. hic, sub musculo in poplite latitante, at Γ notato. v. tendo illius, ab interno etiam laterre car. θ. nosse sue substantie enatus, atq; in pedis planta in quatuor altos tendines inibi, ubi θ occurrit, diuisus, qui quatuor digitis postmodum offeruntur.
- κ,κ Hic se offendit portio musculi, quem inter pedis motores quintum numeramus.
- λ Musculo a caro, que in quatuor portiones deducta, tendinibus exporrigitur, qui tertium quatuor digitorum os flectunt. Est autem musculo a haec caro, cuius opera quatuor pedis digitii ad pollicem ducuntur. Vt uero Θ tendines illos, et portiones has musculo a substantie accuratis v. cognoscas, tendinem tertium indicis os flectentem, v. notatum confici, musculum autem indicem μ. pollici adducentem. μ.

DECT.



DVARVM DECIMAE QVINTAE MUSCVLO
RVM TABVLAE FIGVRARVM, BARVN-
demque characterum Index.


D *V* *A* *E* præsentis tabula figuræ in ea effigie seruantur, in qua dextra tibia sūmul cū pede decimæ quartæ tabule, sc̄c exhibuerunt. *A* *q̄s* prior figura in sectionis serie figuram sub sequitur, quam præcedens tabula. *D* notatam ostenderat. Posterior autem huius tabule figure, succedit priori. Note autem barum figurarum ita sc̄c habent.

- A*: Tibia os.
- B*: Fibula.
- C*: Musculus dependet, qui in poplite latitat.
- D*, *E*: Musculus quintus pedem mouentium, ac *D* quidem ipsius notat principium, *E* uero tendonem, ab interno musculi latere pronatum.
- F*: Sinus cui tendo infidet, secundi pollicis internodij flexionis opifex.
- G*: Sinus quo tendo uchitur musculi tertium quatuor digitorum os flectens.
- H*: Musculus pedem mouentium sc̄cimus.
- I*: Musculus pedem mouentium oclaus.
- K*: Insertio sexti pedem mouentis musculi.
- L*: Musculoſa congeries, primum quatuor digitorum os flectens.
- M*: Oſicula ad primum pollicis internodium reponit, que à ſemini ſemini imagine nomen inueniuntur, quæ ab Arabibus dimidiati ciceris forme affimilantur.
- N*: Pendet hic musculoſa ſubſtantia, que ſingulis quatuor digitorum internis lateribus portionem exporrigit, digitos pollici adducentem.
- O*: Musculus pollicis ſecundum os flectens.
- P*: Musculus tertium quatuor digitorum os flectens.
- Q*: Portio tendonis ſecundum pollicis internodium flectens, illi tendonis commixta, qui indiciterunt internum flectens. Sequentes modò characteres, ſinistrae figuræ hac ratione peculiares junt.
- R*: Tibia os.
- S*: Fibula.

S 4 T 2 Lig.

- T 2 Ligamentum membranaceum fibulam tibiae ossi illuc committens, ubi haec ossa inuticem debiscunt.
- V 2 Musculus pedem mouentum septimus. X bac septimi musculi tendo sub ossi cubiti transversum in Y, imitante reflectitur, & latefit quoque. Y tendinis huius in os pedij pollicem sustinens insertio.
- a 2 Musculus sub septimo occultatus, & pedem mouentum oclaus, cuius insertionem b notat, que b. in pedij os paruum sufficiens digitum perficitur.
- 1,2,3 Tribus his characteribus in posteriori sinistræ figura, tres sinus indicantur, musculis à posteriore tibiae sede inferiora pedis subenervibus exsculpti. Atq; i sinu notat, quo quinti pedem mouentis musculi tendo uebitur, & sinus tendini tertium, quatuor digitorum os flectentis insinuat, & vero sinus indicat nomine tendinis cælatum, cuius beneficio secundus pollicis articulus flectitur.
- c 2 Musculus dependet humi quintus pedem mouentum, in priori figura D & E notatus, ac in secund d. d. figura ad insertionem d insignitus.
- e 2 Musculo la moles, primum quatuor digitorum os flectens, hic pendet à pedij ossibus, que iam nulla excarne affiguntur.

DECIMASEXTA
MUSCULORVM
TABVLA.



PRESENTEM tabulam huius etiam tertiae muscularum tabula sub ijcere, sed quoniam corporis duntaxat pars exsistit, buc eam reponere magis uisum est, qua sinistra femoris, tibiae, pedisq; interna facies nullo liberata musculo exprimitur, una cum ossi sacro, & ossi sinistro ipsius lateri commissso, ut decimus femur mouentum musculus alicubi in confectum ueniret, qui in integris tabulis ea parte confici nequit, que internam pubis ossis & coxendis cis quoque sedem occupat. Huius autem tabule characteres, ut sequens pagina proponit, scabent.

A Os

- A Os sacrum.
 B Ossis sacri latus, cui sinistrum ilium os committetur.
 C Ligamentum a sacro ossi, in coxendicis ossis appendicem pertinens.
 D Sinistri pubis ossis pars, qua dextro pubis ossi committetur.
 E Notatur quartus femur subiens nervus.
 E,F Decimus femur mouentum musculus, cutus tres uelutini partes, E,F,G insignitae, inscriptionebus quodammodo distinguuntur, quibus ab interna pubis ossis fede, & interna quoque coxendicis ossis regione, musculus iste carneus pronoscitur. Ad sedem uero H indicatam, musculus arterior redditur, & ad sinum fibra in coxendicis ossi incutiebat reflexus, ad magnum femoris perforatum processum.
 I Conflicta est portio, sexti femur mouentis musculi.
 K Portio septimae femur mouentis musculi.
 L Primus tibiam mouentum musculus, cuius sedes, qua iuxta internum femoris caput, in tendinem ceſtat, M indicatur.
 N Secundus tibiam mouentum musculus. N & O musculi huius principium ab ossis pubis commissura pronatum. M quoque & S in primo ponatur musculo, huius secundi musculi etiam sedem notat, qua in tendine definit.
 P Nonus musculus tibiam mouentum, parua ipsius portione hic conspicuus.
 Q Octauus tibiam mouentum musculus.
 R Tertius tibiam mouentum musculus, cuius tendo, quemadmodum & primi & secundi, tibiam mouentum muscularum quoque M indicari potest. & promptissimum etiam est intueri, ubinam muscularum tendines, in anteriore tibie ossis sedem infrenantur.
 S,T Quintus femur mouentum musculus, uerum S posteriorem eius musculi partem notat. T autem quinti femoris musculi anterioris parti posteriori indicat portionem.
 V,W Quintus tibiam mouentum musculus.
 X,Y Externus tibiae ossis pars, uerum Y interiore notat malleolum.
 a Primus pedem mouentum musculus.
 b Secundus pedem mouentum musculus.
 c Tendo tenissimus idemque summe gracilis, qui a tertio inter pedis motorum musculo educitur.
 d Musculus suram constituentium maximus, pedemque mouentum quartus.
 e Musculus quartuor pedis digitorum tertium os flexens.
 f Portio musculi inter pedem mouentum quinti.
 g Tendo sexti pedem mouentum musculi.
 h Tendines digitos extendentes.
 i Musculus pollicem a ceteris digiti introrsum abducens.
 Absolutis itaq; sedecim muscularum tabularum, quas in presentis Libri initio collocandas duxi, indubius, proximum modo erit Capitum contextum aggredi, ac ligamentorum natura intuitum sermoni statuere.
- QVI D LIGAMEN TIVM, AC QVIS
 ligamenti usus & differentia. Caput I.
- F I G V R A sequentem paginam occupans, & omnem propemodum ligamenti differentiam semel communis trans, uniuersum femoris os exprimit, una cum tibiae ossi & fibula, quibus ea ligamenta adducuntur, que primi Capitis contextu intelligendo subscripta sunt.
- A,B,C,D Femoris os.
 B Femoris ossis caput sinum coxendicis ossis subiens.
 C,D Femoris ossis humiliora capita, qua tibiae articulantur.
 E,F,G,H Tibiae os.
 F Eminens superioris appendicis tibiae ossis processus, qui sinum subingreditur, quem duo humiliora femoris ossis capita efficiunt, & qui ligamentum mox X insinuantum educit.
- G Sinus

- G Sinus inferioris appendicis tibiae ossis, quo complures uehunc tendines corum muscularorum, qui anteriorem tibiae sedem occupant.
- H Interior malleolus.
- I, K Fibula, uerum K exterior malleolus priuatum insignitur.
- L, M, Musculus notatur in sūra maximus, pedemq; mouentium quartus, atq; inter reliquos corporis musculos intensissime liens. Verum M huius musculi tendinem, calcis ossi inserunt, particulatim indicat. N autem portiunculam tendinis primi & secundi pedem mouentium muscularum ostendit, qua quarto pedem mouenti musculo connascitur, ac simul cum illo unita, calci inscritur.
- O Teres ligamentum, femoris os coxendictis ossi iungens.
- P Ligamentum orbiculatum femoris cum coxendictis ossi articulum amplectens.
- Q Ligamentorum portiones, ex magno externoq; femoris processu in muscularum substantiam absumptas, ac potissimum in tibiam mouentium septimi.
- R Portiunculae ligamentorum quoq; à radice interioris minoris processu femoris pronatae, & in oclavum tibiam mouentium muculum principale degenerantes.
- S, S Membranum ligamentum, reliquis etiam omnibus articulis commune, quod uniuersum genu articulum ambit, ea tantum parte excepta, cui mola praeponitur.
- T Ligamentum genu articulo proprio, quod externo ipsius lateri attinetur.
- V Ligamentum hoc, etiam genu articulo peculiare conseretur, atq; externo ipsius lateri attensum uisitetur.
- X Ligamentum ex tibiae ossis processu F notato, in femoris os insertum.
- Y Ligamentum superiorem fibule partem, tibiae ossi conneclens.
- Z Ligamentum inferiorem fibule partem, tibiae alligans.
- a Membranum ligamentum, fibulam tibiae ossi toto ductu, quo inuicem hac ossa debiscunt, committens.
- b, c Hic ligamentum notatur, tendines anuli ritu amplectens, qui à tibiae anteriori sede, in pedis superiori porrigitur. Vt uero ipsius natura exactius oculis subiiceretur, id sectione secundum longitudinem ducta, diuisum, atq; una parte in latus reflexum fiximus.
- d Ligamentum à tibiae ossi ad calcem insertum, & tendines hac ad pedis inferiora descendentes continens.
- e Ligamentum à fibula ad calcem porrectum, & tendinibus hac pedis inferiora petentibus obductum.
- f Ligamentum cartilagineum, ab interno malleolo, in tali internum latus inscrutum.
- g Ligamentum quoq; cartilagineum, fibulam talo colligans.
- Huc Jane & tabulam retulissem praesentis Libri trigesimo Capiti proponendam, quæ prima ceruicis uertebræ ad secundam, & prima secundæ ad caput connexum exprimit, nisi quam modo proposita, ut cunctæ omnem ligamenti differentiam & usum commonistraret.



CAPITI
PRIMI
figura.

PRIMVS



RIMVS Liber omnia, quae ad humani corporis ossium cartilaginumq; narrationem spectare duximus, enarravit, præsens uero ossium cartilaginumq; ligamenta, & ea mouentes musculos prosecutur. Ossium enim & cartilaginum natura primū fuit perdicenda, & post illa mox ad ligamentorum muscularumq; concisionem properandum, quando quidem hæ corporis partes, ceteris omnibus ueluti fundamenta ac bases subjiciuntur.³ Ligamentum itaque, quod nervi generatim dicti nomine comprehenduntur, Græcisq; οὐσίας nuncupatur, proprio, non autem communis significato, corpus est similare ex osse aut cartagine, aut quavis duriori membrana principiū ducens, omnis propemodum fenus expers, durum, sed tamen cartilagine mollius, album, uariop; in colligendo, continendo, obtegendo, & muscularis constitutus homini usus praefans.⁴ Nisi enim ossium & cartilaginum articuli, ligamentis tenerentur, nihil sanè prohiberet ossa, aut cartilagini in quolibet motu luxari, & à sua naturali fede alia alio permutata egredi. Quod ne contingat, sumus rerum opifex Deus omnes ossium cartilaginemq; articulos ligamentis circundedit, ualidis quidem, at remissione interim, tensionisq; non parue capacibus. Miranda profectio est Creatoris industria, qui ex coarticulatis inuenit ossibus, corporis substatia tñ in eis uoluerit, cuius beneficio ossa simul ad amuſum tutio colligentur, & articulata continentur, neque prompte per uiolentos motus à leuiucenti rumpantur, quodq; demum haec substantia ex continuis indecessisq; motibus, noxae suscipienda contumax, ob duritatem evaserit. Porro ut ossa cartilagineisq; muscularis tracta ocyus leguantur, mollē rursum ligamenti substantiam confingit, atq; hac ratione inualidam. Atque contrarium est ualido & duro, infirmum, debile ac molle. Quia fuerit igitur rerum Opificis solertia, qui corpus quoddam fabrefecit, usus & naturæ utriusq; abunde compos, & ab iniurijs remotum, ex humanae fabrica refectione discas, integrum est. Comperies enim omnem ligamentum adeo durum, ut tuò simul colliger, & quantum suo articulo ex usu est, illum moueri non prohibeat, neq; facile abrumptatur, atq; hic præcipius primariusq; ligamenti usus est, à quo etiam nomen mutuatur. Nam ligamentum ex osse in utrū humeri & genu articulorum ligamenta aut ex cartilagine in cartilaginem (ut laryngis cartilagines mutuo necessaria) aut ab ossie in cartilaginem (ut quea costarū cartilagini pectoris ossi committuntur) insertum, commissorum ossium ac cartilaginem commune uinculum efficit, hoc solo nomine, ut illa inuenit colligit, siue haec manifesto fuit obscuro, & qui uix perpendi possit, morte agantur.⁵ Secundo usu ligamentum, tendines suis, qui bus uechuntur, sinibus continet, ne ex ipsius declinet, aut ab illis eleuentur. Huius autem generis ligamenta in homine esse quam plurima, in manus pedisq; muscularum enarratione docebimus. In externa namque cubiti fede, quâ brachiale illi articulatum, eius classis ligamenta⁶ sex uifuntur, in interna autem brachialis regione⁷ unicum & perquam ualidum, deinde etiam in interna digitorum manus ac pedis fede, unicum in tota ferè ipsorum longitudine confisit. In anteriori uero tibiae fede, quâ pedi articulatur, unum quoque est amplius & ualidum, & aliud denique inter tibiam & calcem, ac inter fibulam & calcem obseruantur, quæ omnia in hoc præci piu creata sunt, ne tendo in musculari contractione proprio sinu affurgat. Nisi enim huic modiligamentum anteriori tibiae sedi iuxta pedem prepositu, inter reliquos, quibus uia præbet, tendines, illos qui digitorum extensionis autores sunt, transmittetur, & coineretur, quoties digitos tenderemus, tendines illi anterorum à tibiae & pedis articulo prominere nihil minus fane, q; si funiculū uni digito alligatum ad genu usq; procederes, illoq; digitum eleuare, conareris, funiculus nanusq; illi uerius genu attrahit, plurimum à pedis cu tibia articulo abscederet. At si aliu funiculu tranfuerim in simile tibie sedi obligaueris, atq; sub illo, eū quo digiti extendi uolebas, traduxeris, funiculu illi rectus, etiā si pthrahatur, nō amplius à tibia ab seceder, & tibia pedi, traheris in uinculi occasione toto ductu exorrectus, digitū eleuabit. Atq; hæc Naturæ solertia aurigas imitari intuemur anulis illis, quos equorū iugis concenunt, ut habena obligiori p anū lū traiecta, equos, quibus nō insident, opportunius reflecunt. Quia uero ligamenta haec perinde, ac ille anulus habens, trahit eum tēdīmbe obducitur, aut potius orbicularium amplectatur, Græcis γάνγρα fure nūcupata, nos autē illa nūc Transuersa, nūc Anularia appellamus. Interior eiusmodi ligamentorum superficies anulis, p quos funes trahi ciuntur,

*Quid ligamentum
tum.*

*Ligamento-
rum usus in col-
ligendo.*

*Ligamentum
substantia.*

*Ligamentum in
tendibus con-
tinendis usus.*

*Ligamentum in
tendibus con-
tinendis usus.*



tur, penitus respondent, est enim ut plurimum, ut et ipse tendo, secundum caum orbicularis, lauis, & uelut uiscido humore seu sinegmate quoipam perfusa. Quippe haec ligamenta non folium tendonibus extrinsecus obducuntur, uerum etiam uelut stratum ipsius sunt. ipsa namque ossis duritatem correctura, inter os & tendines feliciter insinuant, undiqueq; in orbem tendines, circa omnem prorsus connexu amplexantia, & ut anulus habenam, transmittentia. Horum ligamentorum ordinis ascribendae sunt membranae, transuersim aliqui integræ muscularum congerie obducere, ne illi inter se implicantur, suâ uerba aberrent. huiusmodi enim membranas in tota cubiti, femoris, & tibiae longitudine muscularis praesertim recensibus. Insuper & transuersum prime cervicis uertebræ ligamentum, dentem in suo sinu continens, ac ne ille aliquando dorsalem medullam coprimit, inita ualli prohibens, in horum quoque numero recentri potest. Rursum nimirum ridiculos et fictos penitus arbitrari cerebelli proceſſu, qui uermibus comparantur, motus, inter haec ligamenta quoque connumerarem, tenuis cerebi membranae partes, quæ anteriorē cerebelli federe cerebri natibus, & posteriorē dorsali medulle cōnēctunt. Quandoquidem illas membranae partes Tendinū nomine Galenus dignatus est, arbitratus illas in hoc formatas esse, proceſſu seruū modo conficiū a sua federe reclinarent. Verum quia his proceſſibus nullū percipiatur motu tribuo, ne ritquam tenuis membranae partes illorū motibus praesertim concedam, sed huc quoque referā membranas, seu ligamenta potius ex ossibus pronata, & quodammodo ossium si ideo succingentia, ut, & si musculari tendinēm sinu in cibentem, anuli modo orbiculari non amplexantur, nihilominus tamē sinu ita subungit, & uiscido quoquahumore sic oblinetur, & lauia fint, ut pinguis rotulam modo, musculari & tendini sibi supererue finant, & quomodo is attenerat, praesertim. Reperies autē non sine summa uoluptate huiusmodi ligamenti, in posteriori coxendicis ossis federe sinu obnati, ad quem muscularis reflecitur, qui internā pubis ossis federe occupans, femur extorsum circuagat, deinde etiā in superiori coxendicis ossis regio, ne, qua² duo musculi descendunt, primarij femoris flexus opifices. Huc quoque spectant ligamenta, cartilaginea ligamentorum naturā feruuntur, quæ acetabulorū & ossis sinu cauitatē augent, cuiusmodi ad coxendicis sinus supereiliū obnascuntur. Et fortassis huic reponendē client ligamenta, cartilagineas, quas in genu articulo, & in humeri ad capulas articulo haberet in Primo libro retulimus. Videat nāc et genu cartilaginibus Galenus Ligamentorum nomē indidisse, et etiā colligitionē nimis quam parū conductū. Porro tertius ligamentorum usus cōficitur, quo illa in instar indumenti & propugnaculi corporis, quibusdā obducuntur, in quorum alio in primis omnia secūdū usus ligamenta cōprehendimus, & priuatim mucosas quasdam membranulas, tendinibus tunice ritu circuātū, cuiusmodi in manu principiū obseruātur. Tēdines enim musculo, qui ex cubito ad digitos procedunt, membranulis proprijs obteguntur, & potissimum ea tendinū portu, que in brachialis sinu, & manus uola, ad digitoru ulcī radices habent. Ceterū he membrae non ēdūnibus, ipsiisque musculari peculiaribus membranis potius, quam ab ossi principiū ducunt, unde etiā membranarū ordinis non in epite ascribuntur. Quandoquidē si huius generis membranas inter Ligamenta cū Galeno enumerauerit, reliqua propemodū corporis membranae huic quoque referuntur, quoniam quibusdā obducuntur corporibus, & uelut vincula eorum existunt. Eſſent autē ex harum numero, peritonāū principiū, membrana cofitas fuscengēs, interseptores thoraci cauitatē membranæ, dura cerebri membrana, unā cū omnibus, quos educunt, proceſſibus. Nō enim minus haec membrana ab ossibus, quam cetera ligamenta, easci cōspicuntur, & interim in se aliiquid colligat, continent, et amplexantur, proximisq; ossibus asſublīunt. Quartus etiā ligamentorum usus haberi poterit, quo septi alieuius ac interstitiū uice illa muscularis intercedunt, & musculari durū ossis modo renixū præbent, cuius nota ligamentum illud profecto est, quod inter uulnā radiūq; secundum cubiti longitudinem porrectum muscularis internam cubiti fedē occupantes ab exterioribus interduidunt. Deinde quū musculari huic ligamento attenſi, ut os ipsis concretū moueat, in se contrahuntur, tūc ligamentum id ipsi firmamentū offert, absq; quo nō æquē ualida corundē fieret functio. Huius etiā generis illud est, quod tibia fibula membranae cuiusdā ualidioris ritu, ubi in uicē ossa hęc dehiscunt, connectit, postmodū preter ligamentū spinarum interuallū occupat, & dextros muscularis à sinistris dirimēs. his quoq; ad numerari possent membranae, qua pubis ossium foramina occupat, muscularis & anteriori foraminū sedi artefios ab illis, qui posteriori cōmittuntur, quais ossis modo discernit. At quintus si ligamentorum usus ritquam infimus est, in huius enim ordinē ea ligamentorum portio reponendā uenit, quae musculari constitutionē ingreditur, musculari q; nō infimā substantiā suppedit. Quia autē ratione sericē id fiat, sequenti Capite, quod musculari constructionē et arabit, opportunitas prosequemur. His uero sufficeret addidisse, musculari etiā ad ossium cartilaginūq; colligatio nē plurimū auxiliari, quia capite suo ex uno osle, aut cartilagine principiū ducit, & ipsius fine in aliud

L. 8. de V' ſu
part.

*Ligamenta
ent membranæ
ſimiles obli-
eve, ad quos
musculari reſle-
clamant.*

*Ligamenta
ojuncta
bulæ angu-
lare.*

*L. 2. de Ad-
mi. ſectio.
V' ſu ligamen-
torum, que in
ſex propr
gnaculæ ſunt.*

*L. 8. de Ad-
mi. difſecti.*

*Ligamento
rum uif., quo
inſtricti inter-
iij ſunt.*

*Ligamento
rum uif., quo
musculari con-
ſtrictionem
ſuſtinet.*

*Quae ligamen-
ta unicuſu ſan-
tum ſuſtinent
uif., que ſuſ-
tent.*

b. fi. cap. 33

K.

i. 10. fi. 7

B. D. g. d. 33

I.

E. P. G. 16.

I. p. lib. 7

H. d. E. 16

m. p. 11. 11

tabula. 1. 3

y. d. 11. 11

f. 1. 1. 2. 3. 3

Z.

n. 1. fig. 14.

z. 2. 9. lib. 11.

o. 8. lib. 11.

p. 1. 1. 1. 1. 1.

tabula. 1. 1.

q. 4. tabula.

maria. 10.

lib. 11.

dat. p. 1.

det. 3. 7.

ret. figure

5. 6. 7. 10.

rum.

s. lib. 11.

fi. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

fig. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

fig. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

in aliud os, vel cartilaginem implantatur. Atque hactenue ligamentorum usus commiscere promptu erit. Sunt enim primi duntaxat usus omnia, quae femoris coxendicis os, & tibiae femori colligant, nullum enim aliud homini quam colligandi officium praestant, nisi etiam forsitan aliquis tertii ligamentorum usus, ipsa olsibus obducatur ferre. Secundum duntaxat usus nullum reperies, qui omnia tertio usu in star propugnaculi, aut ab ossis iniuria vindicis instar, tendinibus sint. Vrbi ex his repertis nonnulla, quae aliud nullum beneficium, quam secundi & tertii usus conferunt, neque olla aut cartilagines inuicem necuntur, qualia omnia sunt, quae unius columnmodo olsis propria continua uicentur. ut^t quatuor illa, qua in externa cubiti fede, radii appendicis afflribuntur, & t^t unum ulnae proprium, deinde praeferre cetera huic generis quedam ad calcis os spectant, quemadmodum suo loco diffuse explicabitur. Alia ex se cuncti usus ligamentorum, etiam primi ligamentorum usus uicem supplet, teneat nang, quem transmittunt, tuerintur, & etiam ossa inuicem ligant, suntq; illa, quae duobus olsibus communia conspicuntur, ex uno osse in aliud pronata, ut illud sex transversorum cubiti ligamentorum, quod radio & ulna communis dicimus, deinde transversum quoq; ligamentum, anteriorie tibiae, sedem iuxta pedem occupans, & ad fibulam tibiamq; relatum, quod duo illa ossa colligas, plurimos etiam tendines una transmittit. Praetera & transversum internaⁱ brachialis fedis ligamenti, pluribus quoq; olsibus commune existit. Terti duntaxat usus illa sunt, que tendinibus secundum ipsorum longitudinem oboluuntur, nisi etiam primi usus sint, quod tendines uicem ledibus commissos feruent, aut ligent. Quanquam rursus ex his quedam & quinti usus uice gerant, quandoquidem mucosae membranae tendinus tertium quatuor digitorum os flectebit, in brachiali & uola obducere, etiam muculis gracilibus quatuor digitos pollici adducere. Principiū prebeat. In quinti columnodo usus numero propemodū habet & sunt membrane, in pubis olsium foraminibus obviae. Id autem quod in cubito & tibia habetur, etiam primi usus ligamentum existit, quum & ad olsium connexum egeri auxiliatur. Quamuis etiam haec omnia & ad quinti usus ligamentorum classem recipi possent, quod non obscurer etiam musculis principiū porrigit. Qui enim internam & externam pubis olsis foraminis fedem obirent, ab illius quoq; foraminis membrana partim enasci dicuntur, ut etiam ab eiusimo di ligamento in tibia nonnulli musculi originis portionem afflsumunt. Porro in nec ligamentorum usus idem est, & plures inter ligamenta eius gratia confurgunt differentiae, ita quoq; in ortu illa variant, quoniam illa e solis cartilagineibus principium ducant, ut laryngis ligamenta, alia a solis olsibus, ut genu, cubiti, humeri, & reliqua ferē corporis ligamenta. Alia autem & cartilaginea & olsis communia sunt, ut quae pectoris os illi insinuatī cartilaginebus adnecentur. Pariratione quedam ligamenta solas necuntur cartilagine, ut laryngis, natiq; cartilagineum ligamenta, quaedam ossa duntaxat, ut humeri, coxendicis genu, & reliquo ut articulorum ligamenta. Quaedam cartilagine olsis committunt, in quorum numero sunt ligamenta, costarum cartilagineas pectoris olsi necentia. Alia aliam partem quamplam olsi aut cartilagine committunt, ut corporis membrane ad unam ferē omnes, atq; haec semper duabus partibus sunt communia. Alia uero uni duntaxat olsi priuata cententur, ut se cubiti exteriorum ligamentorum, quae transversum ducuntur quing, nam primum quod ulnae radioq; commune est, non ad unicum tantum os referunt. Inluper & quae pubis olsium foramina opplenit membranæ, hic quoque spectant, si modò illæ, quoniam non ligent, in ligamentorum numero habeantur. Substantia demū alia constant molliori, magisq; membranacea, ut omnia ferē que in orbem articulos ambient, quanquam in illis rursus quædam sit differentia. Digitorum enim internodia molliissimi ambulant, quā humeri articulum, et huius denuo duritatem, coxendicis articuli ligamentum longè superat. Alia autem dura sunt, medianiq; inter ligamenta, quae articulos ambe dixi, & cartilaginea, naturam fortuitaunt, unde etiam Graci hæc *προσγενέσιδα οὐδιότητες*, quae ligamenta cartilaginea dicas, appellant. Huius generis omnia propemodū sunt, quae extrinsecus articulis non obtunduntur, sed inter ossa ipsa latitant, quale illud est^t quod ex medio capitis femoris in coxendicis acetabulum fertur, & ea quae vertebratum corpora intercedunt, & id quod ex media tibiae fede, quā haec femur relipicit, inter femoris capita ducuntur, & quædam maleolos tula necentia, & quod sacrum os iliumq; ossa interuenit, & generat omnia, quae inter ossa fedem habent. Vnde etiam & situ ligamenta inter se pugnant, quia illa extrinsecus olsibus obducantur, ut molliora illa. Alia autem inter ipsa ossa, ubi se inuicem respiciunt, continguntq; sicut tendens, quemadmodum cartilaginea propemodū uniuersa. A forma quoq; ligamenta diffrentiam mutuantur, sunt enim quædam propris lata, membranæ & tenuia, ut illud, quod secundum cubiti longitudinem inter ulnam radium que conspicimus, & illud quod parimodo inter fibulam & tibiam, ubi haec mutuo dehincunt, observatur, & etiam pleraq; in orbem articul.

*Ligamento-
rum differen-
tia.
Abusu.
Aboreo.
A pertibus
quae conne-
ctant.*

*A partibus,
quib. commis-
tum.*

A. substituta

A. G. TAYLOR

A formal

los circumdantia, ex tandem omnia, quae ten dinibus muscularis que oboluuntur. Alia autem craßa sunt, & ex his quæ dā teretia, ut ligamentū ex dente secundū ceruicis ertebræ, in occipiti os procedens, & id quoq; quod transuersum denti obducitur, ac prime ertebræ est peculiare, deinde & ligamentum femoris caput coxendicis oſi committens, quod in articulo medio locatum teres etiam uisitatur. Alia ampla lataq; sunt, ut tertium peculiari humeri articuli ligamentorum, præter membranum quoddam, in orbe articulum ambiens. Infuper genu articuli peculiaria omnia, crassa quidem sunt, non tamen proflus teretia, ut & cartilaginea illa talum ti-
m figu. 58
cap. I.
n rugiſſum
fi II.
o i fi. cap.
49 p.
P 131a. v.
*Ligamentis
communitis*
*Vſcidaſ ligas
membrorum ba-
mor.*

ma. ligamentorum maxima multitudo, quædam uero aliiquid transmisura perforantur, ut ligamenta multi modo tendines transmittantur, & membrana pubis ofſis foraminum, nero cum uena & arteria uiam prebent, ut & membranum ligamentum inter tibias os & fibulas consistens. Quā iulte uero hæc singula rerum Conditor distribuerit, seorsum semper in proprijs Capitibus recensere conabor, ubi perpetuo, si quid peculiariter aliud ligamento in colore, substantia, forma, ciuſq; generis differentiis obtigerit, subiungam. Commune autem omnibus est, quod obrufo admodum fenuſ (nolle enim dicere nullum) participant, ne propter cerebrum frequentemq; motum, & continuuſ affectum dolore uexentur. Qua etiam ferre ratione, quum felicit natura ſicca ſunt, ne ocyus exſcenſt, ligamenta que articulis ſunt peculiaria, mucolo quodam lenoq; humore, ut & articulorum cartilaginiſ, oblinuntur. Cuſi ſanè naturam ac curatfirne, fi non obſlit, faltem ad luxatorum reſtitucionem perdiſere debemus. Quod quum alia non ſemel, tum etiam in Libro de Articulis Diuſ Hippocrates nobis inſinuat, quum maclentios non natura, neq; debita arte redditos, eiusmodi humore ob excrementios, qui ipiſ colliguntur, ſuccos abundare docuit. Præter hoc, quod reu Opifex unctuſum hunc humorem in ſtar olei oſium, quā inuicem coarctantur, cartilagiſibus oblinit, ut huius beneficio, prompte mobilis ſimil & attritu contumax articulus redderetur.

QVID MVS CVLVS. CAPVT II.


- DRAE SENTI figura musculi ſtructure
 ratiō, qua omnes ferre diſectionis proceres muſculum formari
 tradunt, ut cunque exprimitur. Quođ enim inter ♂ & ♀ con-
 tinetur, neruſ cuiusdam eſt portio ſupra infrapq; abruntata;
 uerum hæc characterum indice opportuniſ explicabuntur.
- A Neruſ in plures ſurculos diſtribuendi portio.
 - B Neruſ A notati ſoboleſ muſculi conſtitutionem ſubiens.
 - C Ligamentum quod ab offe ad muſculum conſtituendum pro-
 naſcitur.
 - D Ligam enti & neruſ ad muſculum efformandum congreſſus,
 ac prima in fibras diſtributio, muſculi caput.
 - E Sedes qua fibrarum maxima eſt diuifio, & qua muſculi uen-
 ter conſiſtit.
 - F Diuifionis fibrarum concurſus comiſſio, & tendintis mu-
 ſculi initium.
 - G Tendintis pars, que mouendo oſi inſcritur.

- SEQVENTE M paginæ occupans figura muſculorū humeri os, & cubiti offa, &
 extrema summa manus fedē ambientiū fibras à carne liberas cōmonſtrat, uā cū quarto brachiū
 aduentū neruſ, ut hic quāmſteri poſſet, cōmodiſſime muſculi fabricæ natura oculis ſubiſceretur.
- H Humeri oſi caput, quod ſcapula articulatur.
 - I Quartus brachium petens neruſ.
 - K Principium muſculi cubitum extendentis, qui ab humeri capitis radice exoritur.
 - L Principium alterius cubiti extendentis muſculi, qui ab humiliori ſcapula costa pronaticeſcit.
 - M Sedes qua quartus brachium accedens neruſ, duobus cubitum extendentibus muſculis propa-
 gines offert.
 - N Cubitum extendentū muſculorum finis, ſeu corundem in posteriorē ulnae processum inſertio.
 - O Poſte-



PRIMA SE-
 CVNDI CAPITIS
 FIGVRÆ

- O Posterioris ulnae processus pars, quæ ex carnis perpetuo cernitur.
- P Quartus brachium petens nervus inibi cōspicuus, quæ posteriori sedi exterioris tuberculi humeri innititur, ac musculus hinc ab humero principum ducētibus ramos fert.
- Q Initium est cubitus flectentium musculorum posterioriorum.
- R Caput oblongum musculi, qui radix appendit et iuxta brachiale inseritur, radium in proximum dicit.
- S Musculus bicorni tendine brachiale extensis.
- T Musculus brachiale extēdentiū alter, quæ ē regione minimi dīgitū postibrachiali implantatur.
- V Musculus ulnæ exporrectus, & brachiale flectens.
- X Musculus indicem, medium & anularē extendens.
- Y Musculus quo minimum dīgitum prēcipue extendi docebo.
- Z Carnes pars eius musculi, qui in tres deducit tendines, unum brachialis osī pollicem sustinente inserit, secundum primo pollicis osī, tertium secundo pollicis osī & tertio.
- a Musculus cutius beneficio pollex indici adducitur.

SECUNDA
FIGVRA.

V S C V L V M motus voluntarij, ex nostro arbitratu p̄dētis proprium esse instrumentum, omnibus concessum uidetur dissectionis proceribus, atq; ab omnibus idem musculi constructionis modus enarratur. Qui equidem probabilis apparet, ac magnum Conditoris nostri artificium comonstrat, attamen quum in paucis minimis musculis, aut potius in nullis illis obseruer, securi propemodum atq; illi, de musculorum constructione sentire cogor. Quae autem omnium serē sit sententia, nunc quād poterō breuiusimē, & simul explicatisimē subiiciam, corum placita in continuam orationis seriem, quæ ueritati proximē sit confona, & quæ eorum sententiam clarius edoceat, congetturus. Dif finiunt itaque musculum, partem esse instrumentalem ex nervo, ligamento, carne, uenis, & arterijs confabratam, motusq; voluntarij peculiares organum, in cuius fabrica ad hunc serē modum Naturæ opus recentur. Musculum sanguinem huiusmodi instrumentum efformari operari potuit erat, si denum ipsius ope membra, & grauiora ossa motu arbitrarie moueri oportebat. Quum binaenī corpora sint similia, quibus in presenti sermone (qui de musculi constitutione est) indigemus, ligamentum scilicet, & nervus suū propria uoce dictus, ligamentum uero sit durum, nervus autem mollis, miranda Creatoris est industria, qui in singulis motu uoluntario praefectis partibus, utroq; uitit, neq; in ligamenti locum nervum aliquando transponēs, neq; in nervi regionem ligamentum. Concessum enim est omnibus, neque durum ad lensum (utpote quod non facilē afficiatur) neq; molle ad motum (quum imbecillus sit) esse idoneum. Ergo neque per nervos solos mouetur aliqua particula, neque per ligamenta. Nervus enim sensitivus quidem est, quatenus mollis: inualidior autem, quam utmoueret, & transferret totum membrum. Ligamentū uero tūtò quidem colligare, & interim membrorum motibus nō ob-

*Quid muscu-
lū, si nū cō-
positum s' re-
tinet secundi ali-
orum anato-
mes Procerū
sententiam.
Ligamentū et
nervū in mu-
sculo necessi-
tas.*

stare poterat, ipsum tamen motus voluntarij organum per se nequicuit produci, quum originē ex osī aut cartilagine, nō autem nervi modo, ex voluntarij motus fonte obtinet. Nemo enim ambigit huiusmodi fontis seu principij corpus molle oportuisse fieri, quandoquidem neq; ex molli perfecte durum, neq; ex duro molle quicquam easfaci posibile est. Propter has igitur necessitates Natura neq; solis ligamentis uti ad motus voluntarios potuit, quoniam neque sensu, neq; motu praedita fuit, ut quae anima; principatus sedi non continuenter. neq; nervi etiā solis utendum fuerat, cū hi propter mollietatem transferre tam magna pondera minime ualerent. Permixtum igitur ex ambabus oportebat aliquod creari motus organū, quod omnino nervi esset durius, & ligamento mollius, & ideo quoq; participare sensu, minus quidē quam nervus, magis autem quam ligamentum. Infuper decuit & id quoq; in medio roboret et imbecillitatis, aliorumq; contraria orum, que ligamentis & nervis sunt, existere. Atq; haec occasione motus instrumentum, utrisq; ipsum componentibus substantijs cōmunicat, non tamen exacte alteram, neq; solam, neq; eam impermixta obtinet, sed ex ambabus cōmiseretur. Verū quum nihil allicui per totum confundi potest, non confractum prius in minimis particulis, nec cellarium fuit utrūq; nervum uidelicet & ligamentum, in fibras tenues discindi, deinde sibi in unum cas copulari ad voluntarij motus organi generationem. Perficitur enim nervi ac ligamenti in fibras distributione in hūc modum. Nervus accedit ligamentum, ac simul cōmixta in fibras duas quodam modo digeruntur, illæ rursus singulæ in alias, & haec iterum in plures tantisper diuiduntur, donec in tenuissimas membranasq; fibras procedant, postquam hec ad extrellum diffusione peruenire, rursus ut diuisse fuerint, mutuo concuso curso coalecentes, & commixtæ in unum colliguntur. Et quemadmodum prima diuisio musculi caput constitutbat, ita haec^a po^b d^c f. 8. remola cōflectio finem musculi efformat, quem Græci ζεύγων, quæ eneruationem dixeris, et ut nos quoq; tendinē musculorum, appellant. Medium uero, in quo diuisiones series cōsistit, c^d f. 8. musculi ventrem nuncupamus, similitudinem à mure, & lacerta, & pīcīs musculi, aut alioquin communī pīcī formam mutuantur. Musculinang; seu lacerti caput, muris lacertæ capiti conferimus, tendinem autem caude, & ventre ventri. Ceterū si Natura solummodo ita nervum & ligamentū diuisisset, ne medias regiones, fibramq; interius molli infarifessi substantia, que fibris, thoracis texture aliquius, & firm fedis loco effici, haudquaquam musculi uel tantillo temporis spacio fibras illas infrafractas incorruptasq; scrarent. Est autem fedes ea ac thorax, simplex cari fibris obducta, que nō aliter fibris cōmittitur, quam in calathis alijsq; fibcellis, in quibus lac harum rerum periti coagulant. Finge igitur fibras ex nervo & ligamento diffusas, iunctis respondere, lacū uero ipsi sanguinem, et calcare carmen proportionari, nam ut ille ex lacte, ita haec ex sanguine paratur. Quanquam tanto ueriore tibi confignes imaginem, quo per calcum plures crebrioresq; iuncos funiculos ueorrectos, & nō solum ad calcii latera attenitos imaginatus fueris. Ne autem caro haec, reliquaq; musculi substantia, sanguine nutrimentoq; indiga relinqueretur, & suus innatus calor non refocillaretur, uenas ac arterias, tanquam riuelos quofdam musculis immisceri fuit necessarium. Deinde quoq; membranam uniuersum musculi corporis integrèntem à ligamentis, que musculi caput & finem oculis committunt, produc oportebat. Commemorata iam musculi constrūctio, ad amnūsum nulli prorsus conuentum musculo, quū nullum in uiuerso corpore adiuentias, qui parem ligamenti, seu ex offe aut cartilagine exortus sūt, & nervi portionem sibi afflūt. Quod sane innuebat Galenus, quū Musculum inter ligamentū & nervum natura medium esse affereret, alibi tamen animaduertentes non parent nervi portionē, ligamenti portioni in quib; quodam musculis misceri. Nam ut ceterostacēam, tendo posteriore in calcis fedem infertus, solus calsior est: quatuor femur potentium nervioru radicibus, utuncq; eas simul collegeris. Deinde si nunc omnes tibiae infertos tendines ac reliquos pedis offa accedentes perpendiri, que nunc cum tendine illo, in calcem inferto erit proporcio, ut illa scilicet mediani tendinū portionē nervio, & medianum ligamento formari ostendat. Profecto si tendines nervi h̄c comparabuntur, neutiquā non agebimur tendinū portionem nervi constare fatebirur. Deinde si fortassis aliquis mulculus parē ligamenti & nervi portionē sibi uendicare reperiretur, effet profecto temporalis, & septum transuersum, quippe in hoc duo fati insignes nervi implantantur, illum uero etiā quinque nerviorū propagines adire docebo, quamvis interim in neutrō ne trigepula nervi cum ligamento uideatur proporcio. Sed quid tantopere Galeni præcepta tanquam oracula subuertentes, & ipsius libros de Musculorum motu excolantes, de illis dicimus musculis, qui latissimo oriuntur principio, ac sensim in angūlii uerüs ipſorū infertione definitur: cuiusmodi inter reliquos brachii attollens est, deinde q; qui brachii pectori admoueret, & femoris motibus famulantes propemodū omnes, in quo rum exortibus nervū, qui ut Galenus censet, cum ligamento diffundi posset, configere nequimus,

*Musculi na-
tura inter li-
gamentum &
nervi offe me-
diū.*

*Ligamentū &
nervi permix-
tio.*

*Musculi ca-
pū.
Foni seu au-
da & rendo.
Venter.*

*Carnis in mu-
sculoſat.*

*Vene ac ar-
teriae in myo-
lo necessaria.
Musculūm
brana.*

*Musculum
non agit ner-
vi, ac ligamen-
tū natura parti-
cipat.
Lis de M. o-
tu musculorū.*

*do muscu-
lum non ag-
it, & 3 fig. 4.
u. 4. tab.
57, 60, 66,
71, 72, 73.
74 proprie-
tate ex me-
moriā tab.
lis, ut me-
moriā po-
ti nequa.
f. 4. tab.
g. 7. tab.
b. 2. fi. 6.
u. 4. tab.
i. 2. fi. cas.
b. 4. tab.
k. 4. tab.
1. 1. tab.*

mus. Nam statim in eiusmodi muscularū origine multò maior fibrarū est copia, quā in musculari reliqua parte, siquidem in illis musculari, & pricipue qui femoris motibus præsumt, fibrae ab ipso ortu nō amplius in plures diuiduntur, inī sensim ad insertionē properantes inueniē col liguntur, muscularis triangularis figura efformantes. Vnde etiā conspicui eundem, si modō illa, quam Anatomici proponunt, nerui ac ligamēti diuisio cōmixioq; in muscularis fieri oportet, singulis fibris in ortu nervulū debere misceri, quod neutriū accidere ipsa nervorū series cōmon strat. Quandoquidē in plerisq; musculari duxataxat nervulum ad modum gracilem, neq; magis in ortu nō amplius in plures diuiduntur, inī sensim ad insertionē properantes inueniē col liguntur, membranæ & musculari adhærente conspicui, neutriū autem in fibras per musculari substantiam diffundi. Quod inter plerisq; corporis muscularis in illis liquidū conditesc, qui ab

*Nervum fa
cilius myofla
bilis, ut alijs djs.
fctionum pro
ffessoribus w
non sicut non
nusclari.*

RDVVM difficile est, muscularorum numerum persequi, ac semel, quot uniuersi corporis sint recensere, praecedens de Muscularum differentijs. Caput liquidē latissimū in fronte reor, non sanē quod illum deficerere prorsus impossibile sit, sed quod uaria eadēque non admodum abiurda, de muscularum numero unicūque sententie esse possit. Aliquis nanq; unum dicet esse musculum, qui brachii pectori adducit eo, quod nulla sui parte fibi non continuus contiguusque sit. Alijs uero dū orum muscularorum loco illum fortassis confundent, quod omnes fibrae ipsius non parem ductum obseruent, ipsiē musculus uincit contrarios motus obeat. Eius enim pars, cui claviculari, & media pectoris ossi clavicula proxima, principium præbent, deorsum oblique, uersus musculi in brachium inflectionem suas fibras porrigit, & brachium pectori elevat, quasi ad guttur claviculamq; trahit. Inferior autem pars, que a reliqua pectoris ossi sede, & quibusdam costarum cartilaginibus enatuit, sursum oblique ad brachium fibras dirigit, brachiumque humiliori pectoris sedi adducit. Vt sique autem musculi partibus in se collectis, brachium pectoris medio admouetur. Praeterea ad hanc muscularum continuatatem, & unius instar partis circumscriptiōnem, & nullam, ut inter duos digitos manus, secūtiōnem, sed diuersum fibrarum ductum, ac latum musculari principiū, diuersumque ciudem munus non solum, quem nunz recensūimus, musculum quis referre potest, uerū & illum, quem inter scapulam mouentium secundum recensēbo, qui continuus quidem est, attamen superiori sua parte sursum, uersus occipitū scapulam attrahit, inferiori uero deorsum uersus dorsum, media autem sede, aut utraque ipsius parte, recta retrosum scapulam mouet. Dein huius musculi fibrae supra scapulae spinam conspicue, deorsum in exteriora feruntur. quae

V autem

*A mutua mu-
scularum effi-
cio opponit
ur.*

A muneris.

*Alijs aliū mu-
scularū proprie-
tatis statu.*

autem sub scapulae spina uidentur, sursum in exteriora contendunt, uerum nullæ interim decussatim se mutuo interfecant. Item qui humerum attollit, unus quidem continuata est, uerum apud Anatomicorum præcipuos non defuisse uidentur, qui duos hunc esse dicerent, unum à clavicula, alterum à scapula oriū contendentes, ac moribus, non autem continuata animū adhibentes. Quintam præter alios plerique his adnumerari possint, femoris moribus famulantes omnes, qui triangula figuræ proximi sunt, & interim nullam disiunctionis aut incontinuitatis notam referunt, uerum fibras ueluti ex basi ad conum tendentes, & ideo non paro prosius ductū delatas sibi uendicant. Fibram etiam ductus diuersitas, alijs quatuor intercostales musculos in uerarum costarū interuallis constituit, propter diuersam illarū inter costarum ossa & cartilagini seriem, nihilo minus tamen continuatas seruant, unde etiā alijs duo tantummodo in toto intervallo recenterunt. Sed & musculorum dorsum mouentium quamplurimi, uarium musculos ascriberi numerum indicant, quum alius continuatatem perpendens, unum utrinque stomacho subiectum esse diceret, alijs fibris & explantationibus implantationibusq; atq; cedens, tot musculos recentefebit, ex quo ossibus is enatetur, & in quo inheritet. Alius non ossibus, sed quibusdam leuibus impreflibus, inscriptionibusq; atq; tendens tot musculos enumerabit, quot inscriptiones uiderit. Idem maxime in secundo caput mouentium pari usu uenit, quod ex pluribus enatetur ossibus, & multas ostendit fibras, & præterea in hominibus varia priuatorum musculorum descriptiones adeo, ut id per quibusdam nequit quam duorum musculorum loco haberit positi, sed plurimum, neque id quidem adhuc eodem numero omnibus. Ceterum & musculorum capita numerum turbant. Non enim dubito, "musculum à pectoris osse & clavicula enatum, ac postmodum in manu illarum capit processum in seruum, duorum musculorum numero nonnullis Anatomicorum proceribus cōpræhensum fuisse, quod cōprincipit partē, quam à pectoris osse educit, ab illa que à claviculis prodit, non nihil direptam putari, quodq; una aliquantulum neruoso altera sit, etiam si reliquo ductum musculus non separaret, neque diuersam fibram naturam habeat. Pariter etiam ratione certissimum est non defuisse, qui primum & secundum pedem mouentes musculos, aradicibus femoris capitum originem ducentes, scorsum singulos posuerint sicut duplices, quod unam originis partem neruam, alteram carnem, ut & recti abdominis, exigant. Alij tamē eam originis diuersitatem non tantū, ut eius gratia musculorum numerus ipsis excresceret, fecerunt, et singulos unius loco habuerunt. At hoc postremum magis adhuc usu uenit, in anteriori reflectentum cubitum' musculo, qui nullis, quod sicut, duorum numero habitu fuit, etiam si duo distincta capita haberet, & magis quam nuper dicti direpta. Quamuis in communem conueniant musculi uentre, qui unicum tantum educit tendinem, adeo ut ad capita recipientibus, non idem omnibus placitum fuerit. Quanquam id ille confitum fuisse uidebatur, ut unum dicentur musculum, cuius capita in eundem muculi uentre porrigitur, quod iam dictis fit musculus, atq; plurimum musculorum uice eos habent, qui etiā in unum coēunt tendinem, uentribus tamen non continuantur. Quod exactissime in surè musculis obseruatum est, quum musculos ualidum illum calcis tendinem confitentes, tot numero esse uentur, qui uentres, qui res uisuntur, duo nimis à femore producunt, quos etiam quatuor alijs enumeratos dixi, & tertius qui luidus est, & pedem mouentium quartus. Idem quoq; maximis tibiam extendentibus' musculis, septimo uidelicet, octauo & nono tibiam mouentibus contingit, qui etiā unum tendinem tibiae insertum unā producant, tamen quoniā uentribus non continuantur, plurimum musculorum loco sensentur.

*Ab impremissis
musibus.*

A claviculis.

A tendinibus.

riori tibie sede magis adhuc est conspicuum, ad medium enim longitudinis tibiae, à musculo quatuor digitorum extende, carnosus educitur musculus, qui in pedijs os minimo digito praepositum infertur, atque ad pedis elevationem in anteriori iuvat, quum digitorum inter tendines, digitorum extendant. Ad eum utaliciu[m] iudebitur, duos hic enumerandoles esse musculos, alteri uero unicu[m], prout hic exortus continuitati, ille uero diuersis tendimibus, & in varia ossa insertionibus differentibus & functionibus animum adhibuerit. Neg[ra] minorem in numero obscuritatem parit, mutuus musculorum connexus. Qui enim à pectoris ossis summo enati, in os referens incurrunt, internis suis lateribus adeo inuicem adnecuntur, ut quis hos duos esse, aliis autem unicu[m] non ineptè disserit. Quod etiam illi monstrant, qui à circulari an i musculo enati, uscisa meatus, ubi primù[m] sub penis corporibus exporrigi incipi, tanquam duo digiti, amplexantur. Numeri etiam musculorum obscuritatem auger corund concursus, ex quorum albo si quis alius, ille profecto est, qui à coxendicis ossis appendicatis, ualidus deorsum fertur, & ad medijs femoris longitudinem nervos factus, alteri carnosae parti connascitur, cui femoris os initium præter. Atq[ue] ambae partes, ea felicer que à coxendice ducuntur, & ea quam femori ascribimus, unum tendinem simul efformant, elatissime fibula partirobulifimum infertum adeo, ut unum & duos musculos ab aliquo hunc recenti nihil prohibeat, dummodo à uera descriptione non declinetur. Erit autem is tibiam moenium quartus, in hominibus & simijs conformatio[n]e plurimum differens. Simius enim musculo à femore nihil adnascitur, sed is unicu[m], validus & latu[s] est musculus, qui ob hoc etiā Galeno semper Latus nūcupatur. Atq[ue] hinc sit, ut toto sermonis progressu accurate mihi de musculorum numero constitendum sit, ad quos iam temporestium est accedere, ne prolixius in generali muscularum explicacione haesisse uidear. Ceterum ne quid obscuritatis lequens paria oratio, & præcipue quum cutis motores pertractatur sim, aut quoties crebra Carnosæ membra mentione inceder, nunc cutis & membranae eius naturam prosequar.

DE CVTE, CVTICVLÆ, ET MEMBRANA
per uniuersum corpus cutis subiecta, præterea & adipe inter cutem
membranamque carnosam reposito. Caput V.

PARTES S hoc Capite describenda alter delineari nequeunt, quād uigesima Quinti libri figura uterque exprimitur, iuxta r. s. t. decim & in uigesima quinta figura cuiusdem Libri, iuxta dextram mamillam. Verum istae partes tales omnino sunt, quas citra omnem figuram nemo non nouit, si modo aut ipse sectionem aliquando aggreditur, aut secanti asliterit.



VITIS, omnium corporis partium est indumentum, corpori in statu natui tegumentum obductum, non duntaxat omnium hominis partium, sed uniuersitate substantie, quam generationi & corruptioni subiectam scimus, duritate molitie & media. Et enim cutis, ueluti fanguine preditus nervus, ac inter nervum carnemque quidam planè mediū perinde, ac si ex mixtis utrisque constitueretur. Ceterum nervus omnis, exanguis est & frigidus, caro, multo sanguine preedita calidaq[ue]. Media inter utruncq[ue] effectu, nec planè exanguis, ut neruus, nec sanguine abundans, ut caro. Cutis hæc in homine, Herophilo aegyptiorum dicta, boum & equorum tergoribus, ex quibus coria adaptantur, responderet, & non paritione omnibus subiectis ipsi partibus adhaeret, concineturq[ue]. Secus enim in manus uola & pedis plita subditis partibus adnascitur, alter rufus in fronte sibi subditus musculofose sub flantia, & alter in labris, palpebris, auribus, nafo, ano ac puendo, & alter per uniuersum corpus, substratis partibus cutis committitur, ac inter secundum, diuersa ratione à subditis auferatur. Dicinde in omnes cutis regiones non æqualis effnerorum distributio, nec cutis etiā undecunq[ue] eadem crassitas. Internæ enim manuum cuti, plurimæ neruorum fibre porriguntur, ut uerticis uero cuti paucissime. Quinetiam faciei cutis mollior & tenuior, uerticis autem, & plante pedum durior uisit. Quæ internam summam manus fedem inuenit (nisi labore callosior euaserit) exquisitissime in duritate molitie inter reliquam cutem, & omnia prorsus corpora, media est, quæ proxime æquali ad pondus temperamento accedens. Ut cunq[ue] uero sit, cutis homini pro magnitudine corporis tenuior, quum animalibus quadrupedibus obtigit, quæ quam etiam homini profecto in uertice, dorlo, cruribus & pedis planta crassa sit admodum, sed non omnibus æqualiter. Quinetiam aliae cutis partes prorsus immobiles sunt, & circumactu pertinaces, ut uolæ & plantæ cutis, aliae uersatiles quidem sunt, sed nullo aguntur motu uoluntario.

*A musuo con
nexu.*

A concursu.

*Secundo Li.
de Admuni.
strandis differ
entibus.*

*Cutis fulciat
ria.*

*Cutis differ
entia.*

*A nervorum
copia.*

Ac molitio.

A motu.

rio, ut tota corporis cutis, ea excepta quæ mouetur, est autem hæc frōis & faciei uniuersa, & quæ anteriorē colli fedem, laterāq; complectitur. Atq; hæc mouit participat, ut propriis in hoc familiantibus musculis, ut frons, colli, generum & labrorum, aut uincū ipsius cutis grātia, ut malarum cutis, quæ musculis deſtituta, ſimil cum proxima ipſi cute mouetur. Quod

quidem alia cutis fedes pilosa sit, ut uerticis, axillarum, pudicum, in uiris menti, alia autem penitus pilis orbata, ut interna manus, & plantae cutis, omnibus conspicuum esse arbitror. Quemadmodum neminem latere scio, cutem maximam totius corporis partem esse, perpetuo contextu efformatam, nisi quod tenuibus foraminibus, ad fuligineoforum excrementorum propulsione, & pilorum generationem paratis, peruia sit, atque etiam in palpebris, naso, auribus, ore, ano, pudendo, & ubi unguibus uiam praebet, interpelletur, perforataq; cōspicuitur. Adhuc, ex cetera cutis regione, interna summum manus cutis (ut & pedis plantam inuestiunt) maxime continua, minimeq; perforata usitatur, quod & nuper naturorum cuiuslibet ascribere relibuit. Verumq; singula hauquaque omnioculose, neq; frustra facia esse, suis locis, quin de

CUTICULA suis partibus, quæ cuto obteguntur, priuatum agendum erit, demonstrabo. Cuti, quam ~~obteguntur~~ Græci uocat, alia cuticula tenui admodum, & proflus exanguis obducitur, super fasciæ, propemodum ceparum tenuioribus ac pellucidiis respondens intulicris, nisi quod alicubis & præsertim in uola, & pedis planta, craſſior duriorque uisitatur. Hanc cum curis uelut quedam efflorescentia fit, ~~ad integrum~~ Græci appellant. Si uero aliquando attritus in scabie, aut in uulneribus etiæ unguentorum applicatione, aut ignis admodum, aut fermentis aquæ infusione, aut ex logo itinere auferatur, & interdum uelut ac papulae inſtar à cuto abſcedat, promptissime a-

Cuius uenit ac
et ueritas ac
nervos porrigit,
sicut sensi com-
petent.
literatque a uera cutis renascitur, que sola sanguinis & uitalis spiritus compos est, ob quod uena rura arteriarum & allicubis, & neruorum tenuissima partes, tenuesq; ad cam confluunt, ipsamq; simul concreta quibusdam efformare ceduntur. Neque fanè auidius est Ariftoteles, cutem sensu destituens, non secus, quam si carnis cuti subditæ duntaxat beneficio tactus sensus perficeretur, quem cuim propriis, certaque serie neruos exponit ut Anatomie condiscamus, illi precepit, quae in fadest ac brachio, cubito extremaq; manu, deinde & cruribus & pedibus. Per reliquum autem corpus, etiam si non ordinata serie nerui ad cutem deducantur, atamen complures in illo defundunt, sub ipsaq; & postmodum ad thoracis latera exponitguntur, membra na cuti subditæ (ut & uena ipsa) suffulti, quemadmodum etiam in Quarto libro, qui Nerus de dicabitur, enarraturus sum explicatus. Atque ita muscularū (quos Carnem Ariftoteles appellabat) gratia cutis nequaquam sentit, utrum uix diuisum proprietum neruorum occasione. Et quanvis uerticis cutis obfcuriori sentit, utrumq; etiam cutis hic non ad modum sensu indigerit. Deinde quis non quotidiana experientia edocit, cutem à subditis muscularis aut osibus quoq; a uulfam, & postmodum scalpelō iactam, ungubusq; comprescam sentire non didicit? Neque, quod Ariftoteles sc̄tatorum quisipm hic, nec quām, Terciū ratiatem mihi astruā, quām neruū dorsali medulla enati ipsa cute duriores sint, & his adhuc ipsi tendines, quos post illūnum etiam facili affici, nemo inficiatur. Imo si non minus ratione, quam experientia simus fides habenda erit, ausim afficerre, muscularum uentres quamplurimi (ut quo runda femur amplexantur) obtusius quam ipsam faciei manusq; cutem affici. Atque etiam mihi ridendi uidetur, qui curè ob hoc sentire posse auerfantur, quod nullum hī sit medium, quasi uero etiam neruū proprijs membranis proflus denudatum, aut etiam in medio diuisum grauiissime afficinon uideremus, quoties ipsius denudatae substantiae acriores pulueres insperguntur. Esti medium etiam prae ratione in tactus sensu desideraremus, nonne in promptu est infra cuiuslibet animalium & in primis in hominē? A nōne uero etiam in aliis animalibus

CARNOSA membrana. ipsa cuticula cum obtusa, & interium (*ut putamus*) lente priuata? At nunc membranā quoque agrediamur, cuti per uniuersum corporis subditam, qua cuticula longē robustior crassior est, & fibris quibusdā raris, his, qui substernunt illi, mucilus adharet, conformatur, cu-
ti uero pertinacius committitur. Siquidem quamplurimi utrauenae, & paucissimē tenuissimē &
arteria, cutem nutrientes, & neruorum propagines utrauenae, & membranā tenuissimā &
membranam transfūt, ipsa ē inter cutem, et illam proreptentia hā sufficiuntur, membranāq;
et copulant, prēter continūt quādam, fibris proximam fibrarū membranarū scierū, cu-
ius etiā beneficio membrana validissimē cuti conformatur. Hęc non candens in uniuerso corpo
re crassitatem obtinet, uerum quibusdā corporis sedibus, carnosis fibris adaugeatur, & crassior

*Prosternem
branca curva
nostra decisus.*

reddita, adeo carnosa efficitur, ut musculi nomine donetur. Huiusmodi regio, in tota colla amplitudine habetur, & in fronte, et in reliqua propomodum facie, quibusdilat autem animalibus undecim ferentis apparet fibris, et praesertim illis, quae totius corporis cutem (ut nos frons) mouent. Audio & homines suisse, qui in thoracis regione, & alibi etiam in corpore cutem mo-

uerē valuerint, quibus procul dubio membrana hæc, similis eorum aſinorū carnosis membranis contigit. Porrō huic membrane, quam aliarum membranarū nomine *ἐρεις* Græci appellant, non perperam Carnosæ adiectum arbitror, quem inter reliquas corporis membranas, hæc ſola carnoſa appareat, uerèque talis confenda fit. Quod Arabes paulo exactius perpendentes, primi omnium, quod feciā, hanc membranam Carnosam appellauisse uidentur. Atque id fani penitus huius nostræ etatis Medicorum precipuus indagandum fuerat, qui panniculum carnofum à Barbaris quibusdam non male me Hercules eo nomine appellatum, octo abdominis musculos effe cōtendunt, & contra Galeni ſententiam, ac rei ueritatem, cuti membranam in uniuero corpore, & in ipso demum abdomen (de quo duntaxat faperū uidentur) Gubendi inſificantur. Alij etiā per uniuersum corpus à me hanc membranam demōstrati confixerint, adeo ineptiunt, ut hanc non fateantur eam esse, cuius Galenus tum alibi ſepius, tum in Tertio de Administrandis ſectionibus meminit, eo quòd ego adipem (de quo mox ſermonem inſtitui) inter cutem & hanc membranam oſtendo, ſe pterium etiam digitorum cratitudine, quod ſa hominis membrana tantum à cutे ſemper abſcedat, quāta adipis est cratitiae. Debeant proſecto eiūmodi homines, ad cathedræ ostentationem ſolum natū, accuratē perpendere, Galenum de ſuis ſimis, nō autem hominibus locutum effe, quibus nullus adeps inter membranam & cutem interuenit, ipsaq; membrana non fibris duntaxat cuti continuatur, ſed proſrus undique citra alterius corporis interuenit ipsi contigua eft. Atq; ob hoc non adeo arduum eft, homini cutem folam, illæfa membrana diuidere, quam in ſimis, canibus, & illis animalibus, ex quibus Galenus Anatomam deſcripſit. Huic membranæ caparē, qua muſculorum proprias recipit membranas, lento ille mucoſus, quem cuti Aristoteles tribuit, obducit, ob hoc fortalifis, ne ipsa ſubieſtorum muſculorum motum præpediat. Id enim membranis omnibus commune eft, quæ corpuſ, quod ſitum locumq; aliquando mutat, continent, ambiuntū, ut muco quo dant leptoq; humore obliniantur. E' quarum numero peritonæum, ſuccingēs costas membrana, cordis inuolucrum, & ipsa demum ligamenta fuit, que anuli modo tendinibus obducuntur. Sunt itaq; tria uniuersum hominis corpus perpetuō cingentia, nimisq; cuticula illa, cutis, & membrana hæc carnoſa. Quibus & quarum hominem ambiens accedit, ipsa uidelicit pinguedo, ſeu adeps *μυαλόν* Græci nuncupatus, qui niſi extre- mē homo emaciatur, undique propemodum inter cutem, & quam nuper diximus, membranam copioſiſtimē continetur. Ex uenis enim compluribus & arterijs (li quae reperiantur) membranam perreptantibus, atque inter illam cutemq; propagatis, plurimus ſanguis refudat, membranæ frigiditate, calorisq; (ut credimus) inopia, in adipem ſeu pinguedinem, aut ut alij etiam in cornutis animalibus uocant, axungiam degenerantur. Eſt namq; hac adipis ad uniuersi corporis membranas, ligamenta, & (ut ſenil dicam) ad omnia ſanguine indiga, frigidaq; corpora, generationis ratio, uidelicit quod ex uenis emanans ſanguis, frigoris ui congeletur, illisque adhaereat corporibus. Sed id interim à Natura cautum effaccuratissime, ne adeps naſcatur, ubi noxia inutilisue eſſe poſſit. Non enim Natura adipem cerebri membranis obduxit, non ſeluum inuolucrum, non interne ligamentorum ſedi, que tendinibus tranſuſim obuoluuntur, neque etiam palpebrarum, aut frontis, aut penis cuti adips ſubiecit, neque etiam adeo multum, ſumma manus pedisq; externæ ſedi. Quemadmodum proſecto copioſiſtimum elunibus obduxit, ut illi adipis, putinaria uice uterentur. Atq; adeps humidis frigidisq; animalibus (ex quorū numero homo & porcus fuit) plurimus colligitur, ſiccis uero & calidis, nullus aut perquam exiguus, ut leonibus, & canibus uenaticis, ipsi etiam ſimile. Quanquam preter hominem, & porcum et ericium, nunquam aliud terrefre occurrerit quadrupes, quod inter cutem & carneam membranam, adipem naſcitur, ut cunque etiam oues, et glires illi ſubinde reperiantur præ pingues. Alter autem adeps, quod membranae cutisq; & alia, quibus adhaeret, corpora alba, neq; carnis modo rubra ſint. Omnia enim, que in noſtro corpore ab aliquo emutantur, mutantis alterantisq; colorē etiam ſortiuntur. Et tridiculum proſrus eft, ob hoc adipem album arbitrari, quod aerē ſubstantia compoſit, quum offe, & cartilagine, & ligamento, & tendi- nibus uix aliiquid cädidit occurrat, quibus nihil aquæ terreum, in corporē reperias. Adipin- ter cutem membranamq; collecto, cum uifum affribere poſſimur, quem uefti carniq; ſimpli tribuimus, ut corpus ſelicet calefaciat frigoris tempore, & ſi Soli homo exponatur, uefti quoque modo refrigeret, calorem quo minus penetret, inhibens.

Ex Aſcensio-
na Hebreo.

וְיָרַק

בְּנֵי־עֲמָקָם

אֶת־בְּרִית־אֱלֹהִים

כְּבָרָת־אֱלֹהִים

בְּחִילָה, אֲזֶבֶת

בְּדִבְרָה.

Panniculus

carnofum

ADIPS ſu-
pinguedaiVlbi adeps ſu-
pinguedaiQuibus copio-
ſior adipis

QVI C V T I C V L A E , C V T I S , A D I P I S , E T
carnosae membrane natura per sectionem obseruari debeat.
Caput. VI.




TI p r æ c e d e n t e Libro, postquam ossium cartilaginumq; historiam absolu-
ui, rationem modumq; tradidi, quo quis haec ad disciplinam opportune
libi parare queat, ita quoque hoc Libro omnium, quæ feriat in traden-
tur, secandi artificium post cuiusque enarrationem subiungam, ut quis in
uno corpore omnem muculorum a ligamentorum Anatomen reueat ag-
gressurus, & ordine absoluturus sit. Parium uero quæ in sequentibus Li-
bris desribentur Anatomen, prout illi commodius fore putauero, suis
locis subiungam. Nunc autem cuticulae, cutis, adipis, & membranae natura hunc in modum aggre-
dit possit. Nouacula acutiori, in abdome, aut quacunque uilum fuerit corporis parte, cutem
ad adipem uelque sectione, & deinde tranfera (ut latenter unum, aut plures angulos mo-
liaris) incides, tam leuiter ac moderatae cuti nouaculam admouens, ut solam ipsam, illa eti-
m carnea membrana, diuidas. Quod sine negotio in homine facies, & p r æ c i p u e pinguiori,
quum subinde, & potissimum in mulieribus adipis crassitatis, duorum digitorum latitudinem
in thorace & abdome superet, in coxis autem ac clunibus etiam palmae latitudinem, in mu-
lieribus non nimium obesum uincere, in publicis sectionibus uidimus. Ac proinde sectiones
ducendæ sunt eo accuratius, quo maclentius obtigerit corpus. Deinde etiam conandum est, ut
hanc sectionem circa negocium obire affuecas, cum proper musculos ex carnea membrana
conformatos, tun ad dilectam neruorum seriem, quam inter cutem membranamq; hanferri
dicemus, & proper innumeræ quoque uenas, quæ in hoc diligentius erunt discedæ, quod
nullas in morbis incidamus, nisi carnea membrana suffulsa. Postquam igitur cutem ad adipem
usque (nō taeta interim carnea membrana) dissecueris, hamulo aut ungubis, in aliquo
ex sectionibus angulo cutem attolles, & diligenter tranferuis acutiori nouacula, ad cutem du-
ctis sectionibus, cutem ab adipi, quo uelque libuerit, separabis. Cuti deinde reflexæ ardente
candela admouebis, ut cuticula ignis ui uisculari infar abscedat, seorsimq; cutem, & cuticula
intucaeris. Dum uero cutem ab adipi liberas (quod nisi laborum patiens, difcendiq; cupi-
dus fuerit, non diu indefessè facturus es) neruulos in dagare conuentit, & uenas, quæ super mem-
branam in adipi prorepentes cutem aduent, deinde ipsa quoque membrana fibris illis frequen-
tibus cuti commisisti, sedulo inspicienda est, lam si obefum ad manum fit cadaver, adipem à me-
brana liberare contendito, quod eadem prorius ratione, qua cutem ab adipi seiuengeras, p r æ-
standum est. Caendumque, ne membrana oscitante cum adipi auferatur, in quo nostræ
ætatis Anatomici aberrarunt, cum membranam in homine reperiri insciante, arcta ita hac
potissimum occasione neceris, ut reliquos corporis musculos, & uenas & neruos, ita etiam
ignorantes musculos, ex carnea membrana constitutos, & per illa exporrectas uenas & neruos.
Ablato adipi, leue sectione per carnosam membranam ad subiectos ipsi musculos uelq; induces,
& parua opera, solis ferè digitis per tranferum hinc inde actis, aut buxeo cultello, aut, si uo-
les, nouacula, illam à subditis partibus separabis, atque aliam membranæ à cuti separationem
effe disces, quæ membrana ab illis, quibus incumbit corporibus, auulsiom, quæ Herophilius
aberrans nuncupauit. Hæc enim factu facilis est, ocyusq; perficitur, illi operationi penitus
respondens, qua bobus, uitulis, ouibus, leporibus cutem circa negocium auferri uidemus,
imo auulso hæc adeò prompta est, ut solo flatu hædis, agnis, & etiæ iunioribus uitulis, mem-
branam hanc cum cuti, à subditis corporibus separari indies cernamus. Verum cutis abadi-
pe aut à membrana separatio, nisi frequentissimæ sectionibus, acutissimisq; nouaculis com-
pletur. Quod etiam & lanij nos docent, quoties sub axillis cutem auferre conantur, carno-
sam membranam corporis bouis adnexam (ne nimium carnis auferant) reliquentes. Neq;
ista tantum uel apud lanios discuntur, uerum etiam cuticule natura, quum lanij
obustos prius porcos deradunt, aut portius, quum calida aqua ipsos im-
mergentes, pilos unâ cum cuticula descalpunt.

DE

DE HUMANI CORPORIS FABRICA LIBER II.
237
DE INSTRUMENTIS, QVAE SECTIONI-
bus administrandi parari possunt. Caput VII.

ANATOMICORVM INSTRUMEN-
TORVM DELINEATIO.



CHARACTERVM SEPTIMI CAPITIS FIGVRÆ INDEX.

P R A E S E N T I figura mensa cuiusdam incumbente fiximus afferem, quo in utrorum sectionibus opportune uitimur, dein hunc afferi omnia propter modum accommodavimus, quibus in dissectionum administrationibus, adeoq; tota Anatomie quis posset uti. Quo autem sanguis leviori opera affqueraris, huic etiam figuræ characteres, ac demum corum indicem adhibere non gravatus sum. Indicetur itaq;

A Mensa, cui reliqua omnia modo seriatim indicanda supersternuntur.

B,C,Uffr utius sectionibus administrationis idoneus.

C,C,Varia foramina, quibus laqueos pro animalis mole adhibemus, quii femora et brachia vincimus.

D,E,Insmodi anuli, summis manibus peribusq; ligandis adaptantur.

E Huic anulo maxilla superior, libera inferior, catenula alligatur, ut caput immotum seruetur, ac interim neq; uox, neq; respiratio uinculum occasione praepediantur.

F,F,Diversa nouacularum genera, quibus spongia accumbit.

G Culicelli ad earum speciem formati, quibus calami adaptantur.

H Vulgaris qui mensa adhibetur culter.

I Grandis ac validus culter.

K Culeri e buxo parati.

L Hamuli.

M Varij stylundi cum siphone.

N,N,Obliquatæ acus cum filo crastore, quibus laterorum fasciculos colligamus.

n. Minores acus, quas uulneribus suendis accommodamus.

O Serra.

P Forficula.

Q Malleus ligneus.

R Arundines inflatis pulmonibus, & alijs quibusdam partibus idoneæ.

S Filum encum, ofib; necdatis aptum.

T Subula forandis ofib; parata.

V Varij subularum ferræ.

X Forpex intorquendis filorum extremis comparatus.

Y Forpex, quo intorti, & ossa iam committenti, fili reliquias præscindimus.

*Nouaculae.*

VANDO QVIDEM in nouaculae hamuliç mentionem incidimus, atque in sequentibus, horum ac similium, quæ ad sectionem pertinet, instrumentorum non infrequens sermo occurret, non abs re erit, obiter hic instrumenta, quibus in administratione uti possis, subiungere, etiam si id in Primi libri calce fieri quoque potuisset. Sunt uero haec paucissima, paruç facilima, quanquam tamen adhuc operosiora, pluraque, quâm ipse nunc publicæ etiam sectioni adhibeo, enumeraturus sim.^a Primum ita que plures comparandi sunt cultri, quibus tonfors in radendis pilis utuntur, & quos uulgò nouaculae uocamus, atque ex his qualidam acutas esse conuenit, qualidam autem retusiores, uerùm harum maior semper, quâm ipse uelis, futura tibi est copia. Eligenz sunt minores & leuiores, quamvis etiam grandes aliquot adesse nihil prohibeat, plures autem coemendè sunt, aut à tonforibus petenda, quod leui quâq; occasione in membranis, aut tendinibus, ligamentisq; fundensis corrumpantur, atq; quum fragili admodum consistent ferro, promptè exilant, præcipue si nouas, & accendo non deritis, operi adhibueris. Quibusdam ex his, & potissimum minoribus, illud ferri tuberculum non inutiliter austert, quod cultrum extra manubrij rectitudinem extendi prohibet, atque id tunc in primis tentandum est, quum nulla respiuntur nouacula obliquo constructæ manubrium, quales illi sunt, quibus nostrarès & Galli tonfors uitunt. Italis enim rudes, & magnis cretisq; capulis seu manubrijs cultri in usu sunt, quorum capuli subinde in obliquis sectionibus incommode esse solent, unde etiam quo minus manu ex sententia inflecta, obstatu solunt.^b His paruos cultellos, quibus calamii aptantur, acutiores & g. simili retusioresq; addendi sunt, & ex his nonnullos orbiculato cuspidi, nonnullos uero oblongo acutoq; esse conuenit. Inter reliquos potiores sunt, prorsus ferri, alijs enim qui trahuerfa ligamenta in cindere conamur, capulus facile frangitur, ipsumq; ferrum imbecillius, emollita ex calida aqua lotione resina in capulis firmatur. Prorsus respicdi sunt in curvati, ac falcibus similes, quoniam solo propter modum mucrone inter diffundit utimur, qui introrium in curuis illis cultellis reflexus, difficulter transtueris ligamentis subiicitur.^c Præterea non inutiliter adhibentur duo cultri ex illis, quos mensa apponimus, quorum alter altero longè si maior, fed reuictior, & ferreus potius, quam chalybeus, aut falem non impene fragilis.^d Si uifum fuit d. H. Buzeli, erit, poteris his quoq; adiaceat duos e buxo, aut ligno Indico, quo in morbis curadis uitumur, confitios, atque ex his alterum tenuem, & oblonga cuspidi scindes, alterum uero latum, & orbiculari cuspidi effine, uerùm raro admodum illis utor, quum retusiores nouaculae semper ad manum sint.^e Licebit etiam hamulos duos effingere, illos referentes, quos Capitis initio ap. f. L. pinniximus, confuci autem illos parare ex furculis, quæ mensa in dies apponi solent. Si enim furculam accepis, atque ultraq; furculæ crura, lima magis extenuaueris, & deinde eorum apices oblique nonnulli in lar semicirculi in flexeris, hamulum tibi eleganter paraueris, cuius mucrones lima ex sententia acuere est integrum, atque ita unum hamulum retusorem, alterum uero acutorem adaptare nihil impedit. Quanquam tamen hamulis relatis, ungues subinde operi in eleuandis quibusdam corporibus utilius adhiberes, nisi sinistra manus umbra sectione obtenebratur.^f Insuper stylos oblongos, breves & crassiores, ex argento aut aeneo filo tibi discari curabis, & quodam ex mollissimo maximeq; sequaci plubo ab Aurifabro quopiam educi trahiq; in star filiorum, hi enim ad uarios usus, & praesertim ad obliquorum ducentiū naturam inuenientiam mirè conferunt. Conduxit etiam siphonem adesse, si fortassis illum per penem uescice indire liberet, ut in eo manuali artificio reddereris expertior. Et quemadmodum nucleus siphoni affingimus, ita quoq; quibusdam stylis illum adhiberi, & quodam etiam siphonis modo incurvari conduxit. Neque profectione medicioriter utiles fuerint styli aliquor, insta medice canalis extrecti, ita nimur, ut siphones parantur, in quorum cauitatem sectione molitur, ex qua e uescica calculus evellitur, aut ad eam stylorum formam, in quibus pilosi serici textores feriantur sericum in pilos fecant. Conferunt enim eiusmodi styli in illis sectionibus, in quibus membranam longa sectione diuidimus cauentem, ne quid subditorum aut membrana amplexorum lœdatur. Acus habere conuenit, sed obliquatas portius, quâm rectas, quod illic præstabitur, si communes acus prius igniter, instar C literæ aut obliquentur. Conduxit autem & magnas & parvas adesse, quæ felicit filii funiculosq; graciles transmittant, & præter obliquatas illas, cuiusmodi tibi quoque ad manum sint, quibus in confundis vulneribus uitumur, ut cum aliquando simu fuere ualeas, quum metuis te absente, aliquid à spectatoribus discendi cupidis uiciandum. His acibus filium adaptandum est sericum, quo vulnera cōsuuntur, aut peculiare aliquod, si fortassis quæpiam consulta dissolui turbarique ab alijs, quum abes, uicereris. Cæterum ad usu religanda

*Acus.**Filum.*

da utrū communī quo literarū fasciculis colligamus, quod præstantissimum ex Germania in Italiā adfert, apud alias autem nationes imbecilius & crassius sit, & minus contortum & leue.^{10.} Serra uero, quam interdum operi accōmodamus, ea conduceat, qua gangraea, aut eius generis affectibus uitata membra præscindimus, non autem orbicularis, ut quidam etiam Mathematici iuis Anatomicis libris appinixerunt, nescio, ex quarum linearum duū arbitratu, orbiculare caput ferri in istar falcis mellioris incurvata ferrandum esse. Et si sortas sis ferri ad manum minime sit, ab illi opportune petetur, qui pectines cōficunt.² Forficala, nisi ab cōcindendo post ligatione funiculus accommoda est, quod etiam quis cultro obicitur.^{11.} Malleus, si ipsius uita aliquando ad grandiorē cultrum impellendum, quum alicuius animalium effringis calvarias, erit, qui quis etiam aptus est. Non inopportune quoque ex arundi nubis oblongi³ calamī aptabuntur, quibus minister aliquis, hoc illū due corpus inflare possit.^{12.} Caneles, Afferes, quibus uitia sectiōes cōficimus, paratu quoque facilest sunt, & illos describemus, ubi uiuorum prosequemur Anatomen, quemadmodum quoque ad finem Primi libri et recensui instrumenta, quibus in compingendis ossibus recte quiuis uti queat. Sed nunc ad musculos eo ordine, quo in uno corpore omnes dislocari commodè possint, nos accingamus.

DE MUSCVLO FRONTIS CVTEM monente. Caput VIII.



ARNEAM membranam, quæ uniuersa cuti subiicitur, qui hūdam corporis sedibus carnis fibris augeri, & alicubi in musculi natrām degenerare, prius commemorauī. Nunc autem petraciatibit, quonam pacto id sub frontis cute accidit, quam *mētrā uenitib* Græci uocant, quæ ad modum & ipsi insinuatas lineaes, *strobiles* & *angustæ* appellant. Homini qui dem ut plurimū nullæ cutis partes, quiecentibus ossibus mouentur, præterquam frontis, faciei, & anteriorem collis fedem ambientis cutis. Vt enim iuperculia attollantur, et interdum demissa oculi fedem angustam reddant, ipsamq; cor rugata munitant, frontis cutis uniuersa, quæ depilis est, simul cum nasi cutre, motu voluntario opportune agitur, quod carnosa membrana, totius frontis & nasi cuti subtensa sit beneficio, hæc namq; carnis fibris augerit quamplurim, & musculosa redita, plures nervorum propages mutuantur. Deinde frontis nafig cuti membrana hæc tenacius, & citra adipis alicuius, aut per quam modici intercurrentum connascitur, quam per reliquum corpus cuti adnecti conseruit. Quod etiam alijs imposuit Anatomicis, arbitrantibus frontis cutem, carnosam musculosamq; substantiam esse, quum cutis non magis hic, quam alibi carniformi substantia docetur, sed duntaxat præfens membrana carnosior reddatur, cuti ipsi quemadmodum iam dimidit pertinacius, quām in abdome, aut dorso, aut curibus connata haud fecus, quām si membrana, unum corpus cum cute efformatura, quādoquidem sic recte idem motus ambo, membranæ scilicet, & cutis perficitur. Porro huius musculosæ compaginis fibre, mutuo ad latera accumbentes, à nasi summo usq; ad medianum frontis fedem (quæ inter primas capillorum radices, & supercilia consistit) & ad huius quoque loci latera, carnosiores uisuntur, omnes furfum recto trahit, si modo interī per quam raras exceperis, obliquo ductu exporrectas. Atq; hæc fæu recta fibularum series, non perfunctoria, Medicis uenit perpendiculariter, ne in fronte transuersa potius, quam rectas moliantur sectiōes. Accedit enim, quum transuersum quandoq; sectionem inibi, & maxime iuxta supercilia, ubi carnosores esse fibras dixi, aliquis tentat ad palpebrarum radices, tum supercilia, tum contiguam ipsi cutem deorum convoluit, & oculos, quibus incumbunt, agrauare, ut neq; aperiri ex sententia queant, neq; liberè suo munere fungi.

MUSCVLI FRONTIS CVTEM MOVENTIS ADMINISTRATIO. Caput IX.



ICTAE modo musculosæ substantia administratio, duplex tibi erit. Vn quidem, qua cutem simul cum carnosa membrana, à membrana calcaria uiginti, obidq; à Græci *προστρίψει* nuncupata, auferes. Altera autem, qua cutem à musculosa substantia (quantumvis id difficulter fiat) separabis, carneam membranam capitaffixam relinques. Vt uero utrancque in uno cadavere ex sententiis pericias, detonsis crini bus à uertice, recta per frontem & superciliorum medium ad nasi usque extremum

Serra,

Forficala.

Malleus.

Canulae.

*Quæ cutis p.
des homini mo
uentur.*

*Frontis mu
sculosa fulgī
tia.*

*Fibularum fe
rreis.*

*In fronte tristis
uersa sectio
nes non tentan
tes.*

*Duplex adm
inistratio.*

Prior. extremum sectionem nouacula per cutem duces, deinde aliam in sincipite, secundum coronalis futurum ductum, ad tempora, & aurium radices usque moliere. Ductis sectionibus, in altero latere, hamulo, aut summis digitiis, cuius propter sectionum angulos (qui in elatissima frontis fede, & ipso ferre uertice erunt) cleuanda est, ac simul cum carnea membrana ad superficie uigilauenda, eodem prorius modo, quo carnea membranam a subtilis musculis separari superius relatum est. At in alio latere, uarias eademq[ue] tranuerae sectiones experieris, donec relictâ ad calvariam carnea membrana, cutem commode ab ipsa, ad superficies usque adamas, iam in palpebrarum^b musculos incidens. Neque id tam factu arduum est, atque alijs uidetur innuere dissectionis processus, quem ut antea testatus sum, membrana non eo pacto cuti connatur, ut unum ex ambobus simul confusis corpus configuratur.

DE MUSCULIS PALPEBRARVM. Caput X.

QVAMVIS tertia musculorum tabula ad characteres C, D, E, hos musculos ut cung^a exprimit, hic tamen istam peculiarem locutionis figuram, in qua A primum indicat palpebrae musculum, b uero & C, myoculis illius principium, D secundum musculum, cuius initium et notatur. Muscus autem duorum musculorum conexus, F insinuat.

*Palpebrarum
confititio.*



ALPEBRA utrunque tam inferiore, quam superiore efformat membrana, quæ à calvariam succingente membrana principium dicit, & unum continuum cum adhaerentib[us] oculi tunica corporis exigit, deinde & cutis quoque cum carnea membrana. Atque hæc simul ad palpebrarum fines, & ubi^b cartilago cilia erigens confitit, firmissime uniuersit ad eo sanè, ut quatuor hæc, cutis nimirus, due membranae, & cartilago illa, quam tarsum uocamus, simul unita, palpebram, corpus quadrangularum, & nulli alteri in homine parti respondens constituant. Ceterum per reliquā palpebrarum regionem, cutis carnose membranae, utin ceteris ferre omnibus corporis partibus, quod ad connexum attinet, committitur, at nullus interim adeps, sed unctuosus duxatus quidam humor, inter cutem membranamq[ue] iacet. In superiori quoque palpebra secundum universam ipsius amplitudinem ex abundanti, carnea membrana musculos adaugetur fibris, ac uestrum duos efficit musculos, in medio cutis & eius membranæ, quam adhaerentib[us] oculi cuticula continuam esse diximus, repositos. Moueri enim oportet ex nostro arbitratu superiore rem palpebram, alioquin in nullum usum nobis accommodatur. Et enim frustra palpebras Natura largiretur, si aliquando extrinsecus illato, uerius hominis oculos scarabæorum & canorum oculis longè moliores, quod per cursum ipsos, & leserum effet, ex nostro arbitratu eas non clauderemus. Duo itaque tenues, latus, membranicos, ac substantia propemodum omni ex parte sibi similes, Naturam miro quodam artificio musculos produxit, unum sa- c. ad. 15. 14. 7. 15. 16. 17. 18.
mum in maiori oculi ponens angulo, alterum in minori. Qui portionem maiori anguli occupat, ex media anguli sede inibi ad nati latu incipit, suo principio etiam superciliorum partem nafo proximam contingens. Huius finis amplius, quemadmodum totus etiam musculus, cartilagine, in quam pili firmantur, appلانatur, medium ipsius sedem, quæ maiorem respicit angulum, uniuersam occupans. Alter uero musculus totu[m] minorem angulum amplectitur, dum quodammodo circularem obtinet. A media nanq[ue] inferioris palpebra ortus, permitem norem angulum circunducitur, & in superiore palpebra ascendens, in reliquam cartilaginis dimidiata fedem scelis inferit, priori musculo, non ad cartilaginem tantum, sed etiam per reliquam superioris palpebrae longitudinem^c committitur ad eo sanè, ut nisi fibris ambos distinxeris, uterque unus esse apparebit. Fibra enim secundi, nostro C, quum palpebra sursum ducatur est, respondent, ea autem conniuite, acutum magis efficiunt angulum. Prioris uero musculi fibra minus obliquæ conspicuntur, & uelut ex duplice dicuntur principio, nimirus ex angulo maiori, & superficie parte nafo contermina. Horum musculorum beneficio superior palpebra & collitur, & deprimitur. Prior enim ipsam ad superiore contrahit, posterior, qui minorem perpetrat angulum, ipsam deorsum agit. Simul nanque semper attrahitur, tam altera tarsi pars, cui contractus musculus non implantatur, quam reliqua. Huius autem causa est, tarsi durities, si enim effet membranofus, vel carnosus, vel quo modocunque liber mollis, præterquam quod cilia non reserueret erecta, motam partem, reliqua

*Duo palpe-
brae muscu-
li.*

*Superiorum
palpebrarum
moueri ope-
ratur.*

*Venæ muscu-
li.*

Alter.

c. ad. 15. 14. 7. 15. 16. 17. 18.
d. 15. 16. 17. 18.
e. 15. 16. 17. 18.

A media nanq[ue] inferioris palpebra ortus, permitem norem angulum circunducitur, & in superiore palpebra ascendens, in reliquam cartilaginis dimidiata fedem scelis inferit, priori musculo, non ad cartilaginem tantum, sed etiam per reliquam superioris palpebrae longitudinem^c committitur ad eo sanè, ut nisi fibris ambos distinxeris, uterque unus esse apparebit. Fibra enim secundi, nostro C, quum palpebra sursum ducatur est, respondent, ea autem conniuite, acutum magis efficiunt angulum. Prioris uero musculi fibra minus obliquæ conspicuntur, & uelut ex duplice dicuntur principio, nimirus ex angulo maiori, & superficie parte nafo contermina. Horum musculorum beneficio superior palpebra & collitur, & deprimitur. Prior enim ipsam ad superiore contrahit, posterior, qui minorem perpetrat angulum, ipsam deorsum agit. Simul nanque semper attrahitur, tam altera tarsi pars, cui contractus musculus non implantatur, quam reliqua. Huius autem causa est, tarsi durities, si enim effet membranofus, vel carnosus, vel quo modocunque liber mollis, præterquam quod cilia non reserueret erecta, motam partem, reliqua